Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cunt. atq. inibi diuina afflictione carnis uicia eteren
tes ad specialem diuine contemplationis scientiam quam THE
ORETICEN appellari fas est educati. ultimo generale huma
ne conuersationis possibilitatem excurgentes. sine aliqua retar
dationis obstaculo. diuina plenissima uisione fruunt. Quib
bene egrum euglicum dicitur. beati mundo corde. quoni
ipsi dm uidebit. Quisquis igitur ad theoreticen pueniri uoluerit. necesse est ut omni studio atq. uirtute actualem primam scientiam esequatur. Nam hec practicen usu absq. theoretica possideri potest. theoretica uero sine actuali omnino non potest apprehendi. Gradus enim quidam ita ordinati atq. distincti sunt. ut humana humilitas possit ad sublime escendere. Qui si minime sicca quadam diuina ratione escendat. potest ad altitudinem pueniri. ad quam sublato gradu ni potest insuolari. frustra igitur ad conspectum di tendit. quia uicio contagia ni declinat. Spes nanq. di effugiet sicut. nec habitat in corpore subdito peccati. Hec autem actualis perfectio duplici ratione esistit. nam primus ei est modus. ut omnium natura uicio & curationis ratio cognoscat. secundus. ut ita discernat ordo uirtutum carumque perfectione mentis nam formet. ut illis ni iam uelut coacta & quasi uoluntario imperio subiecta famulet. sed tanq. naturali bono delectet atq. pascat. & ardua illa atq. angusta uia cum oblectatione escendat. Quo enim